

*Hic p̄sul factus nolens licet, atque coactus,
Effecit melius, quæ bene cuncta prius.
Æqua mensura mensurans singula jura,
Lenis erat placidis, et rigidus tumidis.
Jugiter orabat, jejunabat, vigilabat;
Quodque sibi minuit, pauperibus tribuit.
Hic tam laudari dignus, tam dignus amari,
Sorte cadens hominum, transit ad Dominum.
Omnes personæ quæ sunt in religione,
Igemuere nimis planctibus et lacrymis.
Nobilitas flevit, nec plebs a fletu quievit:
Tam gemit et plorat, quam bona commemorat.
In cunctis annis nova mors erit ista Britannis,
Quos vivens tenuit, quos aluit, docuit.
Præcipue Rhedoni, propriique morte patroni,
Est velut ægra jacens, factaque muta tacens.*

ITEM DE EODEM VERSUS EJUSDEM ULGERII.

*Marbodi vita doctrinæ luce perita,
Enituit mundo sensu secunda profundo.
Natus erat, quorum decus exstitit Andegavorum;
Post Redonum turbis, et clero præfuit urbis.
Dum studio vixit, quæ prosunt plurima dixit.
Occidit antistes; facit hæc occasio tristes:
Sed succurrat ei Deus, et sociis requirit.*

1287-1308 Hujus autem sancti præsulis (ut ipsissimis utar doctissimi Sirmundi verbis in no'is ad epist. 14. l. III Epistolarum Gosfridi Vindoc.) egregias virtutes præter Ulgerium his versibus complexus est Rivallanus archidiaconus Redonensis.

*Reddidit ingenium sapientem, lingua disertum,
Mens memorem, vigilem sollicitudo gregis,
Ætas longa senem, jucundum gratia moris,
Ordo pontificem, religioque sacrum,
Sobrietas paucum sibi, munificentia largum
Pauperibus, rectum regula justitiæ.
Hic basis Ecclesiæ pondus portabat, et idem
Mansuetudine bos, et feritate leo.*

Non igitur mirum si ad ultimam horum elogiorum coronidem accesserit gloriosissimum illustrissimi præsulis Tullensis, D. D. Andrææ Du Saussay testimonium, qui Marbodum nostrum sacris Galliæ fastis inferre non dubitavit. Sic enim ille in Martyrologio suo Gallicano;

TERTIO IDUS SEPTEMBRIS (seu die 11 Sept.), REDONIS IN ARMORICA SANCTI MARBODI EPISCOPI ET CONFESSORIS. QUI SERIE HAC IN CATHEDRA DUODECIMUS, DUODECIM APOSTOLORUM AGNI NOMINA, TANQUAM VIVUS LAPIS VIRTUTUM EORUMDEM EXIMIA IMITATIONE SIBI DIVINITUS INDITA GESSIT: UNDE IN SUPERNAM SION EJECTUS, LAPIDICUS PRETIO-IS QUIBUS ILLA RUTILAT ANNUMERATUS EST.

Ita non in notis, sed in ipso corpore Martyrologii.

Pluribus hanc præfationem non inflabimus, cæteros Marbodi præclaros actus, prout sese ex ejus opusculis offeret occasio, narraturi.

MARBODI REDONENSIS EPISCOPI EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

Querelarum plena est epistola, sed justarum. Marbodus Redonensis episcopus Romam profectus, Raynaldi confirmandi Andegavensis episcopi gratia, delatione quorundam, spoliatur interim ab eo cujus negotium gerebat, omnibus ecclesiasticis bonis, et præterea exsul pronuntiatur; quod factum ab ingrato merito sibi contigisse ait, eo quod contra fas piæque, præter metropolitani sententiam, et suam ipsius conscientiam, levissimum juvenem promovendum ad episcopatum satagisset, quem tandem ad respicientiam et moderatiorem vitæ statum hortatur.

MARBODUS minimus episcoporum, R (56) glorioso (56) A1. *Fulmen et flumine*, sed mendose; recte enim dicitur *fulmine affatus*, non *flumine*.

A Andegavorum pontifici; non alta sperare, sed humilibus consentire.

Fulmen (57) est, secundum cujusdam sapientis sententiam, ubi cum potestate habitat iracundia. Quamvis ergo periculosum mihi fore intelligam (utpote hoc fulmine jam affatus) si paulo liberius te convenire tentavero, loquar tamen quod mens mihi, ratioque dictaverit; nec tanti faciam faventis 1289 tibi nunc fortunæ terrorem, ut mecum justitiæ facientis non asseram veritatem. Vitrea est enim fortuna, quæ sic splendet, ut facile

(57) R. Non alium designat, nisi Raynaldum de Martigné, episcopum Andegavensem, cujus ele-

frangi possit; stabilis autem et inconcussa veritas a Martino. Quod si mihi more solito violentus existeret, tunc maxime persecutionem meam astrues persequendo. Quæro igitur a te (religiose episcopo) quænam tuam vehementem causam contra fratrem et consecratorem tuum (ne dicam patrem et consecratorem [58]) indignationis tuæ furorem ascendit, ut inexpugnabili odio me persequens, post damna et dedecora mihi meisque crudeliter illata, ad ultimum humilitatis meæ personam inauditam et indiscussam damnaveris, indignum me clericorum tuorum colloquio præjudicans, nec ante majestatis tuæ (59) præsentiam passus admitti. Nunquid enim si in te peccassem, corripiendus prius singulariter non eram deinde duo, vel tres, si incorrigibilis existerem, adhibendi? Et ecce, cum nihil horum præcesserit, contra regulam a Christo datam, quæ prima est, posuisti apud Ecclesiam tuam de absente conquestus. Deinde sicut ethnicum et publicanum me habens, in quo non mea, sed communis omnium sacerdotum; non mea, inquam, sed ipsius Christi injuria, non tam constitutum a Domino ecclesiasticæ correctionis ordinem pervertisti, quam perversum et præcipitem **1390** turbulentæ iracundiæ motum tibi dominari manifestissime declarasti. Non enim licuit mihi culpam vel excusare, vel negare, vel agnoscere, quatenus aut excusantis suscipienda ratio, aut negantis juste esset admittenda purgatio, aut contenti clementer venia concedenda. In hoc ergo præjudicio, universas vias Domini reliquisti; quia nec misericordiam, nec veritatem seculus et actioni tam fortiter obstitit, Hildebertus præcipue et Gaufridus Vindocinensis abbas et alii viri graves, utpote electioni tumultuosæ, contra canones factæ. De qua vide epistolas 4, 5 et 6 Hildeberti, lib. II et notas nostras ibi oppositas. Vide etiam epistolam Goffridi Vindocin. II, lib. III. ad ipsum Raynaldum, et de eadem electione ejusdem plures alias cum notis doctissimi Sirmondi, quas hic transcribere lectori tædium pareret. Huic tamen prævia electioni sic iuraverat Marbodus, ut cum Raynaldum, juvenem licet, et sine ordine a canonibus præscripto, tamen pontificali regimini opinaretur futurum quandoque idoneum, ad illam tuendam totum se daret, et ad id etiam Romam pergeret; quo dum iret, a Stephano Andegavensi decano insidiosè captus, in vincula etiam, ut notat, ferrea conjectus est. Unde tamen brevi lapsus, Turones excedens, Radulpho archiepiscopo suavitè ut Raynaldum consecraret; quod et ipse Marbodo, uno ex assistentibus episcopis, ministrante, perfecit; et cujus etiam consecrationis confirmationem Marbodus Romam iterum progressus, obtinuit a summo pontifice Paschali II.

Tot tamen et tantorum laborum in prava causa impensorum dignas pœnas luit Marbodus, dum Raynaldus beneficiorum ejus immemor, et in benefactorem, qua ratione nescitur, odio paulo post concitatus, illum omnibus spoliatus, e finibus Andegavensibus turpiter expulit, et quasi diris devovit. Sed tandem resipiscens, suum ipse Raynaldus damnavit ingratum animum, et ita sincere in gratiam cum Marbodo rediit, ut dum Raynaldus Romam peteret, et ibi aliquam moram faceret, Marbodo suæ Andegavensis Ecclesiæ regimen amice committeret. Hanc reconciliationis sinceræ circumstantiam primus notavit et probavit noster D. Pe-

A « Universe enim viæ Domini misericordia et veritas requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus (Psal. xxiv, 10). » Nam etsi peccatum agnosces, veniam postulare, humilitatis tuæ fuerat bene prius de te merito libenter ignoscere, et ad reconciliationis gratiam festinare; etiam si Christus non dixisset, peccati fratri septuagies septies dimitte-dom (Matth. xviii). Siquidem et apud gentilium philosophos, proximum, ab innocentia locum tenet veracundior peccati confessio; et magnarum virium esse perhibent lædentem negligere, et vindictam putant vindicare potuisse majusque vindictæ esse genus, ignoscere; infirmi autem ac mulieribus esse animi, querere ultionem, ex hoc vel solo colligi, ut Satyricus ait:

Vindicta quod nemo magis quam femina gaudet.

Juv. Sat. 13.

Sed quæ culpa tandem exaluit, quam tandem puniendam exterminio censuisti? Quod videlicet apud dominum papam, moras meas excusans, inter alia (quod verum est) scribere ausus sum Andegavensium **1391** malitiam mihi impedimento fuisse, quæ facultati meæ plurimum detraxisset. Quod quidem ab anno priori, et ipsi papæ, et Romanæ Ecclesiæ notum erat; et ipsa Andegavensis malitia (60) negare non potest. A quo igitur mihi veritas imputatur ad crimen, ab illo consequenter potest falsitas expectare mercedem; et qui eum, qui sibi honorem perpererat, spoliavit, non est mirandum si dejectores et impugnatores suos honoribus sublimavit. Hæc est retributio impiorum, quam Dominus nescit, qua-

C trus Cosson, dum nos monuit id se didicisse ex charta quadam Fulconis Richini, in Tabulario insignis ecclesiæ Sancti Mauriti asservata unde educitur Marbodum Andegavi omnia obitus pontificalia anno 1109 quo Raynaldus a diocesi sua tum aberat. Illa autem charta, qua comes ille Richinus ecclesiæ S. Mauriti concedit quicquid habebat apud Plaisiacum et Ruigniacum, sic habet: « Donum Fulconis comitis » [sc. Andegavensis] « de Plaisiaco, et Ruigniaco, aut Grammario. Quidquid igitur habebat in Plaisiaco Grammatici » (Gal. « Grammoire), cum omnibus appendiciis suis, nec non » [sc. apud Ruigniacum, cum suis, ei benigne ac libere dedit; donumque cum baculo in manu domni Marbodi Redonensis episcopi, qui tunc temporis Raynaldus II Andegavensi episcopo Romæ morante, episcopi negotia administrabat, posuit. Testes qui asseruerunt adnotavimus, quorum nomina notat subiecta descriptio, Marbodus episcopus Redonensis, Ermjardis » [sc. Ermengardis] « comitissa Britannicæ, » etc

Hæc porro quasi vicaria diocesis alienæ assumpta a Marbodo administratio animum in eo probat sincere Christianum, dum inimico reconciliato, qui tot eum injuriis affecerat, quidquid amicissime sibi exhibere potuisset, impendit officii. Vide ad hoc notas D. Loyault in Appendice ad Epist. Hildeberti pag. 25.

(58) *Consecratorem.* In consecratione enim Raynaldi Marbodus fuerat unus ex assistentibus Radulpho Turonensi consecrati.

(59) Hoc verbo utitur ironice.

(60) *Andegavensis malitia.* Malitia scilicet Stephani decani Andegavensis, qui insidiosè captum Marbodum truserat in carcerem.

mala retribuuntur pro bonis. Ejusdem generis est illa, qua bona redduntur pro malis [i. e. qua mala redduntur pro bonis], quando fit continenter ab eadem persona, non levitate gratiæ, sed perversæ malignitate naturæ. At fortasse pro malitia debui ponere bonitatem, ut dicerem quod tunc me Andegavensis bonitas impedisset. Sed hoc modo, vel me ipsum dum excusare molior, accusarem, bonum dicens impedimentum; vel si per antiphrasim loqui putarer, non mutaretur. Veram ergo et notam omnibus debui executionis causam præterdere, cum aliam penitus non haberem. In quo læsum te putas; Andegavensem te esse intelligis: quod si non intelligis, nec te in hoc læsum debes existimare. Neque enim episcopum nominavi, ubi Andegavensem dixi malitiam. Multiplex autem est Andegavensis malitia; multos Stephanos habet, multos Willelmos. Utinam tota in uno duorum capite resideret, pax esset forsitan inter nos, et inviolata concordia. Sed redeo ad culpam meam, quam solam sufficere tibi credis; imo non credis, sed alios credere cupis, ut merito videatur tot laborum quos pro te suscepi, mercede fraudatus. Quæ si nulla est, debet sileri; si parva, debet ignosci; si magna, majorum meritorum debet comparatione superari. Nam et carcerem et catenas (61), dum ad te in auspiciis tuæ electionis vocatus festino, tui causa passus sum, machinatione ejus qui tibi nunc placet Stephani; quasi tunc jam præsentente et præmonente fortuna, ut ab infau-cto cæpto desisterem; et non tantum verborum, sed et factorum ludibria multa sustinui. Siquidem rerum mearum jacturam **1392** gravis mihi proprii corporis contumelia levem fecit. Nec tamen elapsus destiti, ut tunc putabam, constanter, ut nunc intelligo, pertinaciter, urgere propositum; et contra optimos clericorum, qui pluribus ex causis, abaque suo assensu, a vulgo factam improbabant electionem, quoniam et infra annos, et extra ordines, per tumultum populi magis ficta esset, quam facta, promotionis tuæ causas asserere. Cesserat jam contradicentibus ipse metropolitanus; et quia ratione superabatur, rem judicio papæ non tam decidendam quam rescindendam reservare decreverat. Ego tamen multo conatu, multo discursu, magnis precibus tandem apud ipsum ut consecraretur obtinui. Idem cum Stephanus, cum quibusdam quos omnes tibi postmodum, meam (ut fertur) pactus dejectionem, ex infestissimis amicis fecisti, iniquam esse clamaret; ego stulte quidem et improvide, sed nimio tuo favore seductus, me ipsum devovi: In me, inquam,

(61) *Carcerem et catenas.* Hoc ipsum non dubitaverim ad litteram intelligendum; tanta nimirum erat temporum illorum immanitas, ut non solum gravissimorum rei vinculis ferreis innecterentur, sed si quis odio percitus inimicum captivum facisset, statim onustum ferro in imum carcerem illum detrudebat, quin etiam et cruciatibus sæpe laniabat. Hoc bis expertus est Hildebertus, qui licet nullius criminis reus, sed a Guillelmo Rufo pro juribus Ecclesiæ in carcerem trusus, per annum integrum

ait ista iniquitas. Idem ne otiose dixerim, cum primum licuit, tu ipse cavisti. Eandem iniquitatem in caput meum refundens, novo et inaudito genere charitatis, ut is potissimum amico dedecus et damnum infligerit, pro cujus operibus et honore id ille sibi fuerat imprecatus. Et utinam me statim ut a nobis consecutus es, et inthronizatus, quemadmodum mente conceperas, honoribus spoliasses, nec dissimulandum deliberasses ad tempus, quousque opera mea usus fuisses, ad exhauriendum quod Romæ restabat periculum. Salvum mihi esset viaticum, quo tibi meis stipendiis militavi; salvi tot et tanti longissimi itineris labores, salvæ preces et lacrymæ quas pro te fudimus apud papam, salva pecunia, quæ cum esset necessaria (utpote longius progredienti) tui tamen egredientis usibus accommodavi. Cujus partem, postquam a te expulsus sum, cum repetissem, vix tandem et difficulter recipere merui; partem in compensationem jumenti, quod a te commodatum in obsequio tuo consumpseram, tua cautela retinuit. Postquam ergo reversi sumus, et te confirmatum, conciliata tibi soli (sicut superius prælibavi) communium adversariorum parte, sensisti, **1393** protinus eorumdem consilio, nec opinantem aggressus, omnibus honoribus ac beneficiis quæ mihi antecessorum tuorum contulerat liberalitas, me privasti; nec precibus ullis, aut præcedentium meritorum obtentu, a te impetrare potui, saltem sex mensium inducias, quibus pudori meo consulens, exire me sinerem, non expelli. Adeo non tibi satis fuit amicum damno afficere, nisi et dedecoris improperio cumulares. Cumque me indigne tractatum conquererer, ad papæ audientiam, e vestigio provocasti. A te ante audientia spoliatus, pro le sumptibus nuper exhaustum, per te laboribus fatigatum, ad hæc ætate jam senem, febribus anhelantem; ipse juvenis, robustus, opulentus, inito nuper honore gloriosus, ut scilicet, ibi te cogente causam dicerem ubi pro te spontaneus eodem anno lacrymas dederam. Et tu quidem hæc omnia te credebas callide speculatum; ego vero persensi hæc eadem malitiose, crudeliter machinatum, tanquam si armatus et integer saucium et inermem, non hostem, sed amicum provocares ad pugnam. Nam ea quæ apud omnes alios mihi prodesse poterant ad impetrandam miserationem, tu solus convertebas ad me prorsus extirpandi occasionem. Et quæ cæteros mitigarent, quæ sunt clementiæ, te potius irritabant. Reversus ergo Roma, accepta videlicet faciendi quod jam feceras potestate, ne quid odio tuo deesset, delere

ferro onustus, pluribus cruciatibus identidem est attritus; et iterum a Rotroco proditorie incarcerationis cum suo decano, ab Huberto ejus dapifero, absque ulla ordinis reverentia, vinculis ferreis constrictus et tormentis pluribus ad sui redemptionem, quam sacerdotio suo semper reputavit indignam, adductus. Hoc et Helias ipse Cenomanensis comes, dum ab Henrico I, Angeliæ rege, bello captus, Rothomagi sexcentis cruciatibus est afflicus. Vide Vitam Hildeberti.

nomen meum de Catalogo prorupisti, prius omnia meas etiam syllabas persecutus. Utinam et subscriberes: «Iniquo odio oderam illum!» Tale tropæum titulo tuo dignum erat. Idem si zelo justitiæ id fecisse responderis, quia videlicet canon in duarum civitatum ecclesiis velat clericum ascribi (62), arguit te Sicarius, arguit te Stephanus, alter in Cenomansensi, alter in Turonensi Ecclesia prius conscripti. Sed dum hæc refero, non quasi texens historiam, sed quasi texens injuriam, tua forsitan sublimitas indignatur, irascitur, incandeat, et dum imbecillitatem meam cum suis metitur viribus, ad exercendam accingitur ultionem. Noli, obsecro, cogitare quid possis, sed quid debeas meditare; nec fortunæ vires attendas, sed communis justitiæ considerationem. Quantum enim in me tibi licuit, tantum et aliis in te licet; et neminem eo fortuna provexit, ut non tantumdem illuminetur [f. illi minetur], quantum permisit: excelsus multo facilius casus nocet. Memor igitur conditionis humanæ, impetum fervidæ juventutis compece, et inflata nimium secundæ fortunæ vento vela contrahere, ne forte ipsa tibi prosperi **1394** cursus velocitas causa fiat collisionis in scopulos. Nondum per ætatem, longam cepisti experientiam, nec adhuc mens tua casuum varietate decorta maturuit. «In antiquis, ait Scriptura, est sapientia, et in multo tempore prudentia (Job xii, 12).» Et alibi: «Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; majores tuos, et dicent tibi (Deut. xxxii, 7). Si tibi ante annos debita provectionibus contigit reverentia, non id viribus tuis ascribas, quæ vel non erant, vel certe nesciebantur; fortuna enim sæpius plus quam consilium valet, sicut tam in hoc, quam in aliis frequenter experti sumus. Timenda tibi potius illa Sapientis sententia: «Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit (Prov. xx, 21).» Et illud: «Substantia festinata minuetur (Prov. xiii, 11).» Refellenda etiam quorundam de te (utinam falsa) opinio, qui ingenium tuum non tam mutatam felicitate, quam manifestatum putant. Multorum siquidem vitia, quæ imbecillitate latent, dum eis instrumenta explicandæ nequitiae desunt, cum illis suæ vires placuerint, felicitas aperit. Sic pestifera serpens secure tractatur, dum riget frigore; non desunt illi tunc venena sed torpent. Quod ne tibi juste possit aptari, summo conamine elaborandum est; et non solum ne te detexerint, sed et illud ne te effecerint fortunæ beneficia pejorem. «Divitiæ, inquit Psalmista, si affluant, nolite cor apponere (Psalm. lxi, 11).» Tum ergo tibi salutaria consilia advoca, cum tibi alludit vitæ prosperitas. Tunc te valde in lubrico retinebis, ac sis, nec tibi dabis impetus liberos, scilicet si circumspicies quo eundem sit, vel quousque. Ne altiori te rei impone, in

A qua stanti tibi, vel tremendo descendendum sit, vel cadendum. Nec ista dico, ut in me fias vel indulgentior de cætero, vel liberalior, quod utrumque jam dudum certis iudiciis desperavi, sed ne meo exemplo in multorum excurras perniciem, abutens scilicet potestate quam tibi permisit Dominus, «in ædificationem, et non in destructionem (II Cor. xiii, 10).» Ego enim licet Appenninum ad præsens evaserim, in quo mihi sepulcrum inter antecessores meos, quibus indignum me fateor (Melanium dico, et Moderannum) insolenti satis elogio devovebas; jam tamen defunctus laboribus, et debitam mihi, Domino largiente, adeptus mensuram, tranquillum magis vitæ finem expectare debeo, quam superfluis ulterius stipendiis occupari. «Sufficit præteritum tempus, sicut ait Apostolus, ad consummandam voluntatem gentium (I Petr. iv, 3),» ut de cætero jam non nobis vivamus sed «si qui pro nobis mortuus est, et resurrexit (I Thess. iv, 13).»

1395 EPISTOLA II.

Quod improbitas ministri non impedit veritatem sacramenti.

MARBODUS minimus episcoporum, INGHILBERTO servo Dei solitario et fratribus solitariam vitam secum agentibus: «Appellare lucem diem, et tenebras noctem (Gen. 1, 5).»

Inter multa bona quæ de vestra sanctitate prædicantur, audivimus quod zelum Dei habetis contra indignos sacerdotes, sed non secundum scientiam. Dicitur enim quod non solum vos eorum oblationibus interesse non vultis, sed etiam laicos, ne per eos aliquod sacramentum suspiciant, dogmatizatis. Quod si verum est, timendum valde est, dilectissimi, ne forte diabolus, qui vos ad manifesta flagitia, Deo servante, non potest attrahere, per hujus erroris occultum laqueum, animas vestras in perditionem, quod avertit et dejiciat. Quid enim aliud vetus hæresis Novatianorum? Quid habet aliud novus eorum error, qui Patarini (63) vocantur, quam ut per ministrorum indignitatem Ecclesiæ Catholicæ sacramenta vilescunt? Quod quam contrarium sit veritati, subjectæ auctoritates ostendunt. Augustinus, tractatu 10 psalmi contra hæreticos: «Christus, inquit, quid fecit vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primario Eucharistiam confectam manibus suis, et ore suo commendatam, sicut et cæteris apostolis traderet? Christus quid vobis fecit, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominavit, qui ante traditionem nec locutus Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris apostolis ad prædicandum regnum cælorum misit, ut demonstraret dona Dei pervenire ad eos qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit quæ [f. a quo] accipiunt, qualis Judas fuit?» (64) Idem alibi: «Sacramenta Ec-

(62) xx1, q. 4, c. 1. In duabus Eccl., etc.

(63) Patarini, sive Patereni. De quibus vide Matth. Paris in Historia Maj. in Henrico, an. 1236 et con-

oil. Lateran. sub Alex. III, cap. 23.

(64) Vide Aug. cap. 11, lib. II contra Parmenianum.

clasiæ neque bonus melius, neque malus pejus implere potest; nam quæcunque sit persona exterior, Spiritus sanctus operatur interior. » Item ex Registro Nicolai papæ in epistola ad Bulgaros : « Consulendo decernitis utrum presbyterum habentem uxorem sustentare debeat et honorare, an a vobis projicere. » In quo respondemus : Quoniam, licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen Dominum convenit imitari, « qui solem anum, ut testatur Evangelium, oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos (*Matth. v, 44*). » Projicere a vobis ideo non debetis, **1396** quoniam nec Judam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero discipulorum dejecit. Verum de presbyteris vobis nec judicandum est, nec de vita ipsorum quidpiam investigandum; sed episcoporum jussu quidquid illud est per omnia reservandum. Idem in eodem : « Sciscitantibus vobis si a sacerdote, qui sive in adulterio deprehensus est, sive de hoc sola fama resperens, debeat communionem suscipere ; » respondemus : Non potest aliquis, quantumcunque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum remedia contagionum existunt; [sicut] nec potest solis radius, per cloacas transiens et latrinas, aliquid contagionis exinde attrahere. Proinde qualiscunque sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinare non potest. Idcirco ab eis, quousque episcoporum jussu reprobentur, communio percipienda est, quoniam mali bona ministrando, se ipsos tantummodo lædunt; et cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, alia vero lumen in tenebris administrat. Augustinus, epistola ad Vincentium : Non propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut toleraverunt prophetae eos contra quos tanta dicebant; nec tamen communionem sacramentorum illius populi relinquebant, sicut ipse Dominus nocentem Judam usque ad condignum exitum toleravit. » Idem in libro De verbis Domini : « Quam multa et quam vehementer Jeremias increpavit in peccatores et sceleratos populi sui ! Inter eos tamen erat, unum cum illis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eo sceleratorum hominum congregatione vivebat; sed clamando exibat inde; hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, corde non consentire, et ore non parcere. » Sunt et alia multa sanctæ auctoritatis loca ad hoc ipsum pertinentia, quæ possem subnectere; sed si cui hæc non sufficiunt, nec plura sufficerent. Valet, fratres dilectissimi, et orate pro nobis.

EPISTOLA III.

Sacerdotes mali non sunt nisi post canonicum judicium fugiendi.

Minimus episcoporum, INCUNGENIO venerabili sacerdoti et fratribus qui secum Deo serviunt, salutem.

Litteras vestræ sanctitatis, litterulis a nostra parvitate prius directis respondentes, accepi : **1397** quibus perlectis, non mediocriter gavisus sum,

A cum vos ea tantum sentire et prædicare percepi quæ a catholica non discrepant veritate. Nam hæreticos quidem generaliter omnes vitandos ac detestandos quis nesciat? Presbyteros quoque fornicarios sacri canones deponendos ostendunt. Verum non passim, neque inordinate. Habet enim sancta Ecclesia, quæ corpus est capitæ, quod est Christus, membrorum suorum distinctionem, et officiorum distantiam, ut impune alteri non liceat quod est alterius usurpare. Nunquid omnia membra sunt oculus? Nunquid omnia membra loquuntur? Dominus noster Jesus cuidam qui ad se clamaverat, dicens : Magister, dic fratri meo ut dividat mecum hæreditatem, ita respondit : « Homo, quis me constituit judicem et divisorem inter vos? » (*Luc. xii, 14*.)

B Multa ergo membra non debent judicare, aut loqui, quandoquidem ipsi linguæ et verbo non licet, nisi per ordinem et constituto loqui. Constitutio autem ista est et ordo judiciorum, ut quævis vera sint quædam, non tamen credantur a judice, nisi quæ ordine judiciario fuerint publicata. Et in omni judicio quatuor debent esse personæ, accusator, defensor, testes, judex. Et in decretis habetis ut nullum judicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. Nam præter damnandum, quod habetur in regulis generale judicium, propriam tamen singulorum discussionem exigit proprietas personarum. Hanc igitur ordinis constitutionem quis audeat perturbare? aut non sibi permissam judicandi licentiam quis audeat usurpare? Nam, teste Scriptura, majus est periculum judicantis, quam ejus qui judicatur. Et

C Dominus in Evangelio : « Nolite judicare, et non judicabimini (*Matth. vii, 1*). » Et Apostolus : « Nolite ante tempus judicare (*II Cor. iv, 5*). » Unde de beato Martino legimus : « Neminem judicans, neminem condemnans. » Et Dominus Jesus dixit ad quosdam qui in se confidebant tanquam justi, et aspernabantur cæteros, parabolam istam de Pharisæo et peccatore, et adjecit : « Hunc justificatum ab illo (*Luc. xviii, 1*). » Nunquid et vos, quos stulti homines et imperiti, errore decepti, hæreticos garrunt, abjiciendi estis ante audientiam? Absit! Nolite ergo, dilectissimi filii et fratres, nolite condemnare et abominari peccatores; sed cum mansuetudine eos corripite, et orate pro illis, ut Deus eos convertat; vel si plus expedit, **1398** apud suos judices singulos accusate, ut convicti vel confessi juste damnentur. Altus enim, Deo propitio, hoc tempore metus est, ne quis iniquitatem suam, ut dicitis, aperte defendat, aut hæc tanta mala bona esse contendat, Simoniam dico et fornicationem. Plus autem hoc, quantum intelligo, orando, quam disputando poteritis obtinere. Deus omnipotens orantem pro nobis sanctitatem vestram exaudiat.

EPISTOLA IV.

Vitalem hortatur ut puellam idoneam, sed egenam, ad monasterium admitti curet.

Minimus episcoporum VITALI servo Dei, boni operis perseverantiam.

Audivimus religionem tuam lucrands animabus A
studiose insistere, non quæ sua sunt querere, sed
quæ aliorum, ut salvi flant; adeo ut monasterium
feminarum, Deo cooperante, instituisse te asserant,
ut et infirmiori sexui muliebri, tua non desit com-
passio. Propterea sanctitatem tuam, dilectissime
frater, suppliciter interpello, ut in illo tuo grege
recipere digneris pupillam quamdam in virginitate
Deo servire cupientem, humano ad præsens auxi-
lio destitutam, cujus carnalis pater in monasterio
conversus sæculo renuntiavit; mater vero ad com-
parandum eidem puellæ in divitibus monasteriis
locum, pro sua paupertate aspirare non potest. Nam
licet eadem puella litteras partim didicerit, prava
tamen consuetudo in antiquis monasteriis (65) apud
nos obtinuit, ut pecunia scientiæ præferatur. Ideo
ad tuam religionem in hac petitione confugiendum
putavi, quem ab ista contagione immunem esse non
dubitavi. Fac ergo quod peto, dulcissime frater,
non tam pro meo, quam pro illius amore, qui pater
est orphanorum et iudex viduarum; ea tamen con-
ditione ut et ego tibi libenter indulgeam, si quid a
mea humilitate petendum putaveris.

EPISTOLA V.

Minimus episcoporum ancillæ Christi Agenoridi.

Post clamorem mediæ noctis intrare cum sponsa
ad nuptias: « Fallax gratia, et vana est pulchritu-
do; 1399 mulier timens Dominum, ipsa laudabi-
tur (Prov. xxxi, 30). » Hanc sapientis Salomonis
sententiam a te, dilectissima filia, comprobata, et
non tam voce confirmatam quam opere vehementer
congratulator; quippe quæ non solum pulchritudi-
nis tuæ gratiam, sed et gloriam divitiarum, ac sæ-
culi voluptates; et, quod inter omnia hæc majus
est, conjugis filiorumque affectum pro Dei amore
quasi nihilum contempsisti. Si ergo secundum sen-
tentiam Salvatoris, qui plus amat temporalia, quam
ipsum, dignus Deo non est, tu profecto digna Chri-
sto esse cœpisti, quem plus amasti, quam mundum.
Sed quoniam non incipere, sed perficere laudabile
est, propterea quod alterum ex levitate animi quan-
doque, alterum vero semper ex mentis virtute pro-
cedit, studendum tibi summopere est, et totis
viribus entendum, non solum ut jam apprehensa
retineas, verum etiam ut novis semper augmentis
retinenda apprehendere contendas. Talis enim est
nostræ mortalitatis conditio, ut eundem statum diu
servare non possit, ubi deficere statim incipiens, ubi
proficere velle desierit. Quapropter sic tibi quotidie
vivendum est, tanquam ipsa die primum incœperis,
id est, ut nihil te promovisse credas, dum restet
aliquid commendandum. « Fratres, inquit Apostolus,
ego me non arbitror comprehendisse; sequor autem,

si forte comprehendam (Phil. iii, 13). » Et alibi:
« Quæ quidem retro sunt obliviscens, et in ante-
riora memetipsum extendens, sequor ad destinatum
(ibid., 14). » Si ergo sanctus Apostolus, tantam a
Deo consecutus gratiam, ut cœli quoque secreta
cognosceret, et non arbitratur se comprehendisse,
quandiu scilicet peregrinaretur a Domino, quis mor-
talium vel sanctissimus se aliquid assecutum esse
confidat? Nam, sicut scriptum est: « Cum consum-
maverit homo, tunc incipiet (Eccli. xviii, 6). » Et
Dominus ad discipulos loquens, inter alia dicit:
« Cum hæc omnia feceritis, dicite: Servi inutiles
sumus; quod debuimus facere fecimus (Luc. xvii,
10). » Hoc est: Si Domino sua tantum quantum
debeamus persolvimus, nihil ei utilitatis ex nostro
contulimus. « Quid enim habes quod non accepisti? »
B (1 Cor. iv, 7.) Hæc autem dico, charissima, non
ut tibi tedium desperationis incutiam, sed ut te ad
humilitatis custodiam provochem, ne forte dum tua
rudimenta dignis mundis laudibus prosequitur, spi-
ritus elationis, quod absit! tibi latenter subrepat,
quasi quæ sola nobilitatem feminarum id loci vel
temporis evangelicum præceptum impleveris, omni-
bus quæ possidebas renuntians, ut Christum nuda
sequeris; unde te plurimi jam beatam, et cum
mundo diabolum vicisse pronuntiant.

Sed tibi longe aliter sentiendum est, sicut 1400
et sentire te credo, quoniam omnis qui opera carnis
abdicans, religiosam vitam aggreditur, non tam
continuo vincit inimicum quem provocat, et tunc
primum nequissimi hostis incipit experiri argutias,
cum ei manifestum certamen indixerit. Neque enim
palastrita, cum vestes projecit oleoque membra
perunxerit, illico de victoria stat securus, imo po-
tius quanto ad pugnandum paratior, tanto fit dis-
criminis incerto vicinior. Sic et qui fluvium procel-
losum nudatus parat trajicere, aptior quidem factus
est ad natandum, sed nondum certus [est] utrum
valeat enatare. Tibi quoque tuique similibus, quæ
abjectis vitæ secularis impedimentis, ad luctandum
cum nudo scilicet adversario nudæ prodiistis, ad su-
peranda flumina Babylonis exerta brachia præpa-
rastis, gravis instat conflictus, discrimen incumbit
non modicum; et si paululum mentem manumve
remiseritis, turpis ruinæ, vel certe pessimæ necis
metus intenditur. Neque enim cessat antiquus, non
D solum tibi de futuris insidias struens, sed et de præ-
teritis certamen ascendens. Revocat ad memoriam
pristinæ voluptates, si forte fatigatam præsentis mo-
lestia mentem, præteritarum saltem illecebrarum
recordatio blanda demulceat. Novit callidus sumere
tentandi de virtute materiam, et de sanctorum ab-
stinentia consuevit ascendere desiderium epularum.

(65) [prava tamen consuetudo.] Jam tunc igitur
invaluerat illa prava consuetudo, quæ usque ad nos
propagata est, qua quo ditiora sunt monasteria, eo
ditiores a postulantiis puellis dotes exiguntur;
quod quam sit iniquum ex eo patet, quod devotis et
honestis puellis, sed egenis, se Dei cultui mancipare

toto corde cupientibus, non sufficiat divina vocatio,
nisi superiorum vel etiam monialium inordinate
cupiditati per ingentes pecuniæ, contractibus aut
expressis, aut saltem tacitis extortas, abunde satis-
fiat: quod eo certe iniquius est, quo monasteria
sunt opulentiora.

ipso insigante, quondam in deserto populus murmuravit, desiderans ollas carniū quas reliquerat in Ægypto (*Exod. xvi, 3*); quas utique carnes, non tam cibum corporis opulentum, quam carnalium voluptatum bullientem cupidinem debemus agnoscere. Novit de futuro tædium suscitare, et de itineris asperitate vel spatio terrere animum viatoris, quasi qui per amœna voluptatum diutius potuisset vitam producere, et bonis perfrui juventutis; sicque demum in senectutem (quæ aptior religioni sit ætas) brevi labore requiem promereri. Hujusmodi suggestionibus religiosæ militiæ tirones non desinit inquietare. Tu vero, ancilla Christi, contra hæc omnia scuto fidei te protege, et præterita obliviscens, in altiora, sicut dictum est, temetipsam extende, in illo habens fiduciam cui te commieisti, et qui non patietur te tentari supra id quod potes, sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possis sustinere (*I Cor. x, 13*). « Nam Dominus omnium, qui te in filiam adoptavit, et te unico suo regi nostro dignatus est desponsare, ipse te blando sinu complectitur, dulcibus te verbis alloquitur, dicens: « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum, quoniam **1401** ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum (*Psal. xlv, 11*). Obliviscere ergo vitiorum populum, quem amasti: exsecrare opera diaboli, quæ fecisti. Ipse est enim pater male agentium, juxta quod Dominus ad Judæos loquitur, dicens: « Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere (*Joan, viii, 4*). » Audi ex lege verba consolationis, ne incurras ex suggestionem peccati periculum damnationis. Dices cum audieris: « Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua: omnia mandata tua veritas, etc. » (*Psal. cxviii, 85*.) Vide perapicaci mentis oculo quanta sit in temporalibus vanitas, quanta in æternorum dilectione suavitas. Audi, inquam, filia, et vide, quia mundus nec audit, nec videt. « Cui enim non præsto sunt hæc, » sicut ait Apostolus Petrus, « cæcus est, et manutentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum (*II Petr. i, 9*) » Ponamus ergo, si placet, exempli gratia, aliquam fortunatam, ut mundus putat, mulierem, nobilitate pollentem, forma præcipuam, deliciis affluentem, prole fecundam, conjugis amore felicem; ad hoc ei diuturna vitæ spatia concedamus, quibus ei luxuriari liceat, et omnimodo perfrui voluptate.

Quid tamen in his omnibus veræ felicitatis invenies? Nam, ut cætera prætermittam incommoda, quæ falsis bonis necessario permista sunt, sollicitudinis videlicet et laboris, curarumque pervigilium ac timoris; causarumque ac negotiorum, sine quibus omnibus hic administrari non possunt, quæ procul dubio illam ipsam mundi delectationem interpellant atque contaminant, ad ultimum certe morte omnia finiuntur, nisi quod acriores sentiant pœnas qui mollius fuerunt in sæculo con-

A versati; et cum causæ perierint, sine fine supererunt rationes causarum. Natura enim comparatum est, ut tanto quisque mortem cruciatumque timeat, quanto plus deliciarum novit in vita. « Noli » igitur, « æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem, quoniam tanquam fenum velociter are-scent, et quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in Domino, et fac bonitatem, et inhabita terram, et pascere in divitiis ejus. Delectare in Domino (*Psal. xxxvi, 1*), » quoniam: « Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde (*Psal. lxxii, 1*). » Habe igitur, ancilla Christi, rectum cor, et non moveantur pedes tui, neque zeles super iniquos, pacem peccatorum videns. Non audias exteriora cum mundo. Inclina aurem tuam, et audi interiora veritatem a Christo. Intra in sanctuarium Dei, et intellige in novissima eorum, et dices: « Quomodo facti sunt in desolationem; perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium, Domine; in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum **1402** rediges (*ibid., 19*). » Imaginaria etenim sunt bona temporalia, et velut in somno possidentur, juxta quod alibi dicit: « Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis (*Psal. lxxv, 6*). Audi etiam aliquid de sapientia Salomonis: « Si, » inquit, « multis annis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum, qui, cum venerint, vanitatis arguentur præterita (*Eccle. xi, 8*). Ad ultimum audi ipsum Dominum et Deum nostrum dicentem: « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego requiescere vos faciam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, et onus meum leve (*Matth, xi, 29*). » Suave ergo est servire Deo, laboriosum vero servire diabolo; sicut dicturi sunt impii sero in damnatione pœnitentes: « Ambulavimus vias difficiles, et lassati sumus sine causa (*Sup. v, 7*). » Vidisti igitur ex ratione, et ex sacræ auctoritate Scripturæ, sæcularis gloriæ cum molestis vanitatem; vide et ex utroque veram vitæ humilis et religiosæ suavitatem. Quid enim suavius quam necessariis esse contentum quæ quidem naturæ pauca et parva sufficiunt, nec circa superflua, quæ incensa sunt et innumerabilia, fatigari? Cupiditati enim nihil satis est, quæ magis, cum pascitur, irritatur. Quantis autem et difficilibus [*f. difficultatibus*] ac laboribus implicantur, qui terrena sectantur desideria, ut desiderata valeant adipisci? Tantis econtraio carent angustiis qui eadem contempserunt. « Est autem quæstus magnus, teste Apostolo, pietas cum sufficientia: nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus; habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum, et in tentationes diaboli, et desideria multa, et inutilia, et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim

omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis (*I Tim. vi, 8*). » Qui ergo terrena carent cupiditate, carent et doloribus, carent et laboribus, non cruciantur invidia, non extolluntur superbia, non sollicitudinibus distenduntur, sed gaudent, sicut dicit apostolus Petrus, « in incorruptibilitate quieti et modeati spiritus, qui est in conspectu Dei locuples (*I Petr. iii, 4*). » Quæ enim exteriores divitiæ possunt interiori de bona conscientia comparari? De quo Dominus ad discipulos: « Et gaudium, » inquit, « vestrum nemo tollet a vobis (*Joan. xvi, 22*). » Et de quo apostolus Paulus: « Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ (*II Cor. i, 12*). » Hæc, dilectissima, ad consolationem scribenda curavi, delectatus bono samæ tuæ **1403** odore, quem ab his qui vitam tuam propius inspexere, percepi. Sed ne tibi majoribus et utilioribus circa Dei servitium studiis occupatæ, hæc omnia quasi nimis prolixa frequentius relegere forte non vacet, visum mihi est in fine epistolæ breviorē vivendi formulam ex majorum sententiis comparare, ad quam saltem velut ad speculum sæpe recurras, ut si quid in te quod displicere debeat ex hujus inspectione cognoveris, ad honestatis regulam statim revoces atque componas. Nam et dum vitam diligeres sæcularem, habitus vultusque tui speciem ad speculum corrigebas.

Consistit itaque supradicta vitæ formula, ut breviter colligam, in quatuor virtutum observantia, quæ diversis solent nominibus appellari. Harum **C** prima est prudentia; secunda, magnanimitas; tertia, continentia; quarta, justitia. Si ergo prudentiam sequi desideras, tunc recte vives, si omnia prius æstimes et perpendas, et dignitatem rebus, non ex opinione multorum, sed ex earum natura constituas. Res transitorias non mireris, nec magni æstimes quod caducum est. Si prudentiam amplecteris, ubique sis eadem, et prout rerum ac temporis varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te in aliquibus immutes, sed aptes, sicut manus quæ eadem est, et cum in palmum extenditur, et cum in pugnum astringitur. Prudentis est examinare consilia, et non cito facili credulitate prolabi, futura prospicere, et quæ contingere possunt, animo cuncta proponere. Prudens nunquam dicet: **D** Non putavi hoc fieri, quia non dubitat, sed expectat; nec suspicatur, sed cavet. Cogitat ones vagas, et velut somno similes, non recipias. Cogitatio tua stabilis et certa sit. Sermo tuus non sit inanis, sed aut suadeat, aut moveat, aut consoletur, aut præcipiat. Lauda parce, vitupera parce, ne vel malignitatis vel adulationis suspicionem incurras. Id quære quod potest inveniri; id discere quod potest sciri. Magnanimitas vero, quæ et fortitudo dicitur si insit animo tuo, cum magna fiducia vives libera, intrepida; nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, sed ani-

A mum nocendi habuit. Et cum eum in potestate tua videris, vindictam putabis vindicare potuisse. Scite enim honestum et magnum vindictæ esse genus ignoscere. Magnum humani animi bonum est constare sibi, et non tremere, sed finem vitæ intrepidum expectare. Hoc bonum sola confert magnanimitas. Continentiam autem, quæ et temperantia nominatur, si habueris, removebis superflua, et in arcum tua desideria contrahes; considerabis quantum natura poscat, et **1404** quantum cupiditas expetat; impone concupiscentiæ frenum, et omnia, quæ sunt blandimento, rejicies; edes citra crudelitatem [*f. crudelitatem*], bibes citra ebrietatem. Nec præsentibus deliciis inhærebis, nec desiderabis, absentes. Virtus tibi constabit ex facili, nec ad voluptatem, sed ad cibum accedes. Palatum tuum fames excitabit, non sapor, atque ita quasi ad exemplar divinum composita, a corpore ad spiritum quantum poteris abduceris. Si continentiam diligis, fugito turpia antequam accidant, nec quemquam alium plus quam te ipsam verearis. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abstine, quæ licentia eorum impudentiam nutrit. Non sis tibi scurrilis, sed grata urbanitas; sales tui sine dente sicut, joci sine vilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu. Quies tibi non desidia erit, et cum ab aliis ludetur, tu sancti aliquid honestique tractabis. In vestibus mediocritatem servabis, ut nec splendida sint, nec abjecta; quia, sicut dicit Hieronymus, alterum delicias, alterum gloriam redolet. De justitia aliis et aliis modis tractant philosophi, et eam esse volunt virtutem tribuentem cuique quod suum est. Cujus tu officia quantum ad religionem tuam attinet, poteris exercere, si spiritum tuum Deo, corpus vero subdas spiritui. Injustum est enim et præposterum inferiora superioribus repugnare. Si nemini facere velis injuriam, si cunctis prodesse cupias, quoniam et tibi a nullo injuriam optas fieri, prodesse autem tibi vis cunctos; si omnibus pro ætatem, conditionem, officiorum, meritorum differentia debitam exhibeas reverentiam; postremo, si omnia mala quæ in te sunt tibi imputes, quidquid vero boni Deo attribuas. Sic enim fiet, ut nec alteri noceas per iniquitatem, nec tibi ipsi per elationem. Orantem pro nobis religionem tuam Christus custodiat, dilectissima soror.

EPISTOLA VI.

Minimus episcoporum Roberto servo Dei.

Non solum recte offerre, sed etiam recte dividere [*debet.*] Quoties de tua fraternitate audio quod Christianam religionem deceat, quodque se quacibus imitabile in tuam possit redundare mercedem, non solum tuo nomine gaudeo, sed et capiti nostro Christo congratulor, cujus per te bonus odor, ipso donante, longe lateque diffunditur. At vero cum quædam a te dicta et facta referuntur, quæ nec sanæ doctrinæ, nec honestæ vitæ **1405** conveniunt, tristitia pariter metuque confundor, ne vel bonis tuis diversa quolibet callidis hostis, quod absit! interserat, vel ipse tua bona

fici quadam et indiscreta securitate non collo-
 Nam et in parietibus construendis, non materiæ
 um, sed et aptæ compositionis habenda est ratio,
 quinque per se bona erant, incipiunt male com-
 ta displicere. Sic et in verbis non tantum qualia
 erantur, sed et qualiter, et quando vel apud quos
 or peritus attendit. Decet autem professionem
 i, charissime, qui fortissimæ philosophiæ in te
 proposuisti exemplum, nihil in verbis aut factis
 ndere quod sacris auctoritatibus possit inveniri
 rarium, vel unde, qui ædificari poterunt, offen-
 ur. Dicit enim Apostolus: « Sine offensione
 e Judæis et gentibus, et Ecclesiæ Dei (*II Cor.*
); et alibi: « Ne ergo blasphemetur bonum
 rum (*Rom. xiv, 16*). » Ideo sollicita intentione
 a sermonesque tuos circumspecte, ut nullam
 occasionem adversario maledicti gratia. Memi-
 ; debes cælestium animalium, in quorum es nu-
 ; computatus, quæ oculis plena describuntur
 et retro. Nam et ipse Evangelium Christi cir-
 èrens, super quadrigas Aminadab conscendisti.
 ergo, fili, ne, dum nimium de tua confidissan-
 e, infirmioribus membris offendiculum fias, aut
 ialum, et pereat infirmus in sua conscientia fra-
 tro quo Christus mortuus est. Sed ne videar
 aliter persequens in te non tam notanda corri-
 quam in quolibet corripienda notare, quæ circa
 urimos scandalizant specialiter designabo, ut
 pam cognoscit, emendare non negligas. Si
 s contrariæ opinionis errorem rationabili satis-
 one dissolvas. Mulierum cohabitationem, in quo
 re quondam peccasti, diceris plus amare, ut qui
 uæ iniquitatis contagium [*supp.* incurristi],
 religionis exemplo circa eandem materiam
 as expiare. « Has etenim solum communi acu
 u per noctem, ut referunt, accubante simul et
 pulorum grege, ut inter utrosque medius jacens,
 ue sexui vigiliarum et somni leges præfigas. »
 peregrinationis tuæ loquuntur esse pedisequas,
 sputant tibi jugiter assidere. Sed et diversis in
 et diversis in regionibus non parvum te asse-
 habere numerum feminarum per xenodochia
 versoria divisarum, quas maribus non impune
 istas, ad pauperum et peregrinorum obsequi-
 tasti. Quod quam periculose sit factum, ut com-
 iose dicam, vagitus infantium prodiderunt.
 hoc ergo capitulo conversationem tuam plurimi
 ebundant, nec solum **1406** ecclesiasticæ, sed
 lgares personæ, quippe cum divinæ et humanæ
 huic societati manifeste reclamant. Initium
 peccati a muliere factum est, et per illam
 es morimur; unde si peccatum volumus decli-
 , causam a nobis debemus amputare peccati.
 , teste Scriptura: « Qui amat periculum, inci-
 n illud (*Eccli. iii, 17*). » Et tu quando laxans
 in capturam, concludis piscium multitudinem
 osam, sed iterum pisces trahere diceris et ser-
 es, qui naturam mortiferam facile mutare non
 unt; quos impune tractare non possis, quarum

A uspectus non potest esse innoxius; quas videndo
 non terror, sed concupiscentia generatur. De quibus
 Scriptura: Morbos aspides sibilant, et mulier fundit
 concupiscentiæ pestilentiam. Quam Salomon sic
 comparat, dicens: « De vestimentis procedit tineas,
 et a muliere iniquitas viri (*Eccli. xlii, 13*). » Item;
 Mulier pretiosam viri animam capit. Cave ergo ne
 te captivet. Non est diu tutum vicino serpente dor-
 mire. Quod si te vigilare responderis, et circa tui
 custodiam indefessas excubias celebrare, tales ser-
 pentes et vigilantibus solent vulnus infigere. Quippe
 quæ solo aspectu blandum medullitus virus infun-
 dunt, et insatiabili pruritu mentis arcana sollicitant.
 Remove, obsecro, hujusmodi temperamenta, quæ,
 etsi animam tuam per consensum non vulnerant,
 sine dubio tamen famam tuam commaculant, reli-
 gionem infamant. Inde Augustinus: « Pejus est quam
 mœchia continentiam habere criminosa, et infamem
 facere sanctimoniam. » Sed unde scire possu-
 mus utrum et tibi communitas ista non noceat?
 Nam, sicut dicit Hieronymus: « Periculose tibi mi-
 nistrat cujus vultum frequenter attendis. » Et iterum;
 « Non debes in præterita castitate confidere, quia
 nec Davide sanctior, nec Salomone potes esse sa-
 pientior, quos scimus per mulieres cecidisse. » Quod
 si corpore non fornicaris, procul dubio inter mu-
 lieres habitans, diu castus esse non potes. Neque
 enim tu de illo impassibili es eunuchorum genere
 qui signati sunt, qui utique mercedem non habent,
 sed de illis potius esse contendis qui se ipsos ca-
 straverunt propter regnum cælorum, de quibus di-
 citur: « Dabo illis locum nominatum in domo mea,
 et in muris meis, et nomen melius a filiis et filiabus
 (*Isai. lvi, 5*). » Hi ergo certamen habent, et absque
 magno labore illicitum carnis appetitum, etiam ab-
 sentibus feminis, superare vix possunt. Quid si ad
 stipulam ignis accesserit? Noxium peccato suscita-
 bit incendium, vel certe pondus certaminis aggra-
 vabit. Est autem nimis absurdum, teste Augustino,
 ut arctari quis cupiat ad laborem, cui delicatius of-
 fertur **1407** triumphare. Nam si quisquam sibi
 proponat et dicat: Habere volo quod vincam; hoc
 est dicere: vivere desidero sub ruina. Ut quid sibi
 adhibuit mulierem, qui ducere contempsit uxorem?
 Qui carnem non manducat, ut quid habitationem
 suam carnis apparatus implet? Et qui vinum non
 bibit, quid vini oblectatione perfruitur? Quasi non
 aliquoties habenda nec gustando, copia animus es-
 culentia pascatur, et vini sola fragrantia sæpius cu-
 piditas suscitetur. Quid per hyperisim vult ab ho-
 minibus dici abstinens, et id secreto carnibus et
 ebrietate distendi? Habent multi divitias, quas suis
 usibus negant, sed pro cupiditate eas conservant,
 quibus si nulla cupiditas inhæsisset, nec cupiditatis
 insignia possiderent. At vero quia cupiditate pos-
 sessi sunt, perfruuntur animo quod usu non tangunt.
 Ita is qui despexit vinculum nuptiarum, et aliter
 vinculis femineis obligatur, quamvis nullo concu-
 bitu misceatur desiderio, tamen, visu, colloquio,

conjunctione semper obligatur. Nam si desiderium feminae non haberet, nunquam feminam cum suis oblectamentis assumeret. Imo vero insuper mihi suspectum placitum dedit, qui non legitimam duxit, et legitimam recueavit. Nil fallor, in publico argumentatus est hominibus promittere castitatem, et in occulto sine uxore non esse.

Duo argumenta sanctitatis et libidinis hinc et inde miranda sunt. Hæc super primo capitulo quod proposuimus, sufficere posse putamus. Cæterum de pannosi habitus insolentia plurimi te redarguendum putant, quoniam nec canonicæ professioni, sub qua militare cœpisti, nec sacerdotali ordini, in quem promotus es, convenire videtur. Est enim singulis quibusque professionibus sive ordinibus apta quædam et congrua distinctio habitus, quæ si permulatur, publicum offendit iudicium. Sapiens autem publicos mores non perturbabit, nec populum in se novitate convertet. Videamus ergo ne ista per quæ admiratione, parare volumus, ridicula et odiosa sint. Ergo et in vili et in humili habitu, communis sensus et auctoritate [*f. autorisatæ, seu receptæ*] consuetudinis habenda est a nobis ratio, inodusque servandus. Aliud est splendida veste ornatum incedere, aliud munda tegi. Hoc quique ad honestatem, illud vero ad vanitatem pertinere videtur. Similiter inter vilem sordidumque habitum, et inter sordidum discissumque non parva distantia est. Ille prior religionem decet atque modestiam, hic secundus stultitiam magis et animum indiscretum ostendit. Nam, quemadmodum desiderare res delicatas luxuriæ est, ita usitatas et non magno parabiles fugere, dementiæ. Non **1408** splendeat toga, sed nec sordescat quidem. Laudabilius multo est in holosericis humilem esse, quam in panniculis gloriari. Hieronymus ad Nepotianum: « Pullas vestes æque vita ut candidas » Ornatus et sordes pari modo fugiendæ, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Non absque amictu lineo incedere, sed pretium linearum vestium non habere laudabile est. Quomodo igitur tibi abjecto habitu opertum ad carnem cilicio attrito [*f. habitu operto ad carnem cilicio attritam*], pertusoque birro, seminudo crure, barba proliza, capillis ad frontem circumscisis, nudipedem per vulgus incedere, et novum quidem spectaculum præbere videntibus, ut ad ornatum lunatici solam tibi jam clavam deesse loquantur. Hoc tibi non tam apud simplices, ut dicere soles, auctoritatem, quam apud sapientes furoris suspicionem comparat. Nam, si quibus improvisus appareres, quid in te hominis est quo viso non compellerentur quærere: Ubi est homo? Redi ergo ad sensum communem, nec solus in sanctitate exemplo esse contendas, cum Sapiens dicat: « Ve soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se (*Eccle. iv, 10*). » Quod si imitandum tibi proposueris Joannem Baptistam, imple prius confessorum, imple apostolorum mensuram, ut ad eum quo in natis mulierum non surrexit major consequenter possis ascendere. Nam, sicut ad ima non est recidendum,

A sic nec a summis incipiendum ratio docet. Porro quod in sermonibus quibus vulgares turbas et imperitos homines doceres soles, non tantum præsentium, ut docet, vitia reprehendis, sed etiam dignitatum crimina, quod non decet, enumeras, carpis, lace-ras. Tale mihi videtur ac si quis antidoto venenam admisceat, vel ex eodem foramine contra ordinem naturæ, sicut dicit apostolus Jacobus, « dulcem et amaram simul aquam amaret (*Jac. iii, 14*). » Hoc enim non est prædicare, sed detrahere. Quænam autem in absentiam personarum reprehensione possit esse utilitas, vel quis inde fructus spiritualis proveniat, prorsus non video, quin potius auditoribus idiotis peccandi licentiam quodammodo videri dare, cum eis exempla proponis majorum, quorum se possint auctoritate tueri. Hæc est enim conditio superiorum, ut quidquid faciunt præcipere videantur. Absentes vero indignari magis possunt et conqueri, quam ad emendationem tua provocari detractio. At enim tibi forte conducit, ut cum vulgari opinione omnia Ecclesiæ ordo viluerit; tu solus cum tui habearis in pretio. Non enim desunt qui hoc tale taliter interpretentur. Sed hæc astutia veterem hominem sonat, terrena est, animalis est, diabolica est. Non decet tuam professionem, non **1409** decet hanc peregrinationem, non decet hos pannos.

Videmus egentes presbyteros a suis desertos gregibus velut indignos, quibus se offerant, quorum se commendent orationibus, a quibus in junctionem penitentiae accipiant, quibus solvant decimas vel primitias, qui omnes tuo se quæruntur iudicio condemnatos. Videmus turbas ad te unctique confluentes, tibi tuisque honores, quos propriis debent pastoribus, impendentes. Quos tamen, ut manifestum est, non religionis amor, sed ea quæ semper vulgo familiaris est curiositas, et novorum cupiditas ducit. Neque enim apparet vita eorum emendatior. Ita fit et aliena damna tuis servant emolumentis. Jam vero ut illud qua ratione defendi potest quod cujuslibet conditionis aut ætatis mares et feminas qui, te prædicante, sicut fit, ad horam compunguntur, passim admittas, et statim ad religionem profitendam improbatos compellas, cum dicat Apostolus: « Probate spiritus si ex Deo sunt (*I Joan. iv, 4*). » Gregorius quoque papa de non temere ad conversionem recipiendis dicit: « Cum grave sit inexpertum obsequiis hominum sociari, quis possit dicere quanto sit gravius improbatos ad Dei servitium applicari? » Inde ergo contigit ut plerique ad pristinos actus relapsi duplicem incurrant damnationem; quippe quos nulla coerces disciplina, sed suo quosque permittis arbitrio, si vesola super eos tui nominis invocatione contentus, si vesola in hiis lucris, ne circa acquisitos moram faciens damna temporum patiaris. Sufficere enim tibi dicit, ut refertur, si vel una nocte peccatum impedias. Quæ quidem intentio in inflatum vadit, ut prioribus neglectis, de sequentibus curam geras. Sed hoc modo quantum crescit numerus discipulorum, tantum egetur perditio ne-

um. Cujus te participem fore timendum est, quod Dominus dicit : « Vae vobis, scribæ et ei hypocritæ, qui circuitis mare et aridam, atis unum proselytum ; et cum factus fuerit, illum filium gehennæ (Matth. xxiii, 15). » in pro uno proselyto facientibus, quid debent plurimos facienti ? Nam, si unius damnatio condemnat, multo amplius plurium perditio at in unum. Tuorum autem proselytorum est numerus, ut eos gregatim videamus per vias discurrentes barbarum prolixitate notatissimis vestibibus adopertos, qui per agros, cur, calceati, in urbibus vero et in vicis nudis gradiuntur. A quibus si quæritur causa, ut magistri se esse respondent, nec addere **1410** ejus, ut scilicet absoluta responsio, pronuntiet excellentia. Et id quidem satis homines illos esse, et secundum hominem re. Sed absit hoc eos a tuo habere magister sic agant, vel sic loquantur quomodo munivit. Maluimus enim eorum culpas tuas impugnantis, quam tua auctoritate muniri. Tamen juvenulis, quas, sicut dixi, sine examine eas mutata veste per diversas cellulas protinus sti, quarum rudimentis, vel si regulari custodiantur, non modice timendum erat. Hujus facti temeritatem miserabilis exitus probat : im, urgente partu, fractis ergastulis elapsæ aliæ in ipsis ergastulis pepererunt. Quod utin accidisset, si tua prudentia exitus rerum tur : imo si verba Domini diligenter attendebus in imponendis oneribus meliendas docet **C** ium vires, apta similitudine demonstrans :

A « Nemo, inquit, mittit vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur. Et nemo assumit incisuram panni rudis ad vestimentum vetus ; alioquin aufert supplementum novum a veteri, et major scissura fit (Matth. ix, 17). » Ita ergo contigit et his miseris mulierculis, quibus nondum per longam experientiam vita veteri exulie, repente novæ professionis præcepta commisit. Quarum tumentibus uteris scissa sunt vestimenta, contemptis præceptis ; multo peior facta est animarum scissura. Effuso partu rupti sunt uteri, spreto mandato perierunt utres. Non enim capiebat vetustas novum tantæ virtutis fervorem. Ergo et super hoc exitu tua culpatur religio, quia in introitu non est habita mater virtutum discretio. Unde tibi, **B** frater, presentibus periculis erudito major in posterum circa hujusmodi est adhibenda diligentia, maxime erga Deum dirigenda cum supplicatione devotio, ut idem Deus et « Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum, ex hoc, nunc et usque in sæculum (Psal. cxx, 8). » Ultimum, sed a primo non discrepans, tuæ, ut putatur, reprehensionis capitulum est. De professione vite canonice et stabilitate loci prioris, susceptaque cura regiminis super fratres ibidem professos : quæ omnia propter sorores diceris contempsisse. Super quo vel rationabilem a tua fraternitate petimus responsionem, vel certam tibi timemus damnationem. Et in hac quidem parte multa contra te suppetit copia dicendorum, sed nos pro te dicenda maluimus expectare. Orantem pro nobis sanctitatem tuam Christus custodiat, dilectissime frater.

ADNOTATIO IN SUPERIOREM EPISTOLAM

t illa famosa epistola, quam nonnulli innotatos nominatissimi censuerunt a Marbodo inscriptam fuisse B. Roberto de Arbrissas, et regalis monasterii Fontis Ebraaldi pindatori. Alii inter illos non minus perspicui, tititiam arbitrati sunt ; quorum controversis ut dirimere definitive audeamus. Quid de illa potuerimus addiscere, benignus lector signabitur accipere. Et quidem non defuere am Hildeberto nostro tribuendam duxerunt, time quod in ms. Victor. n. 272 inter Hildebertum inveniatur, nullam aliam opinionis suæ raproferentes. Observandum tamen illam omnimam et post omnes alias collocari, nec ibi in capite verbum, nec ullam notam exaratam, adjici possit cujus sit auctoris, nec ullam etiam **D** motet nomen ejus cui directa sit. Sic enim e a titulo incipit : *Reprehendit quemdam, cugio suspecta habebatur.* Deinde incipit sic : *Dei non solum recte offerre, sed etiam,* etc. et nullius omnino nomen, nec nota nominis t, quod tamen in aliis epistolis nunquam fere ut inde non facile divinandum sit vel quis vel cui scribitur. Cur ergo illa Hildeberto tur non video, nec etiam cur Roberto potius alteri directam animadverto. Merito igitur ab ensi Hildebertinis spontaneæ subjectam, eo jure superadditam suspicarer : quo certum lebertum continuam semper cum B. Roberto e amicitiam, cujus sacrum ordinem suo et

amicorum suorum patrociniis ab ipso initio fovit ; cujus a Petronilla prima Fontebraaldi abbatisa patronus exoptatus et impetratus est a summo pontifice Honorio II, cujus res et negotia Anglorum regi Henrico I pathetice commendavit, et cujus jura plusquam quadraginta diplomatibus ab ipso subaiguatis munivit, quæ in ipso Fontebraaldensi archivo diligenter et religiose asservantur.

Controversiam autem dirimere videtur elegans illud epitaphium, quo Hildebertus B. Roberti memoriam decoratam voluit ; et hoc autem e ms. Regio, n. 274, qui fuerat olim celeberrimi monasterii Elneonsis, seu S. Amandi, quingentorum circiter annorum, et optimæ notæ ; quod supra inter Hildeberti carmina retulimus ex integro pag. 1320. In hoc autem B. Robertum describit ut carnis hostem insensissimum, cujus

*Attrivit lorica latus, sitis arida fauces :
Dura fames stomachum, lumina cura vigil.
Indulsit raro requiem sibi, variis escam
Pascibat fauces gramine, corda Deo.
Legibus est attrita caro dominæ rationis ;
Et sapor unus eis, et sapor ille Deus.*

Quis est qui hominem tot austeritatibus carnem macerare solitum, vel modicum incontinentiæ suspicetur, vel illius novi martyrii reum, quod illi Goffridus Vindocinensis (siquidem genuina sit ejus epistola) exprobravit viro sancto, quem Hildebertus in eodem epitaphio cum B. Petro Pictaviensi, in exsi-

ho pro domo Dei martyrio coronato, conferre non dubitavit, dum ait :

*Huic Pictaviensi Petrum, qui præerat ovili,
Vita parem fecit pectore, mors meritis.*

Absit igitur ut illam epistolam Hildeberto tribuamus, quam diligentia summa perquisitam, in uno tantum ex duodecim mss. et amplius quos vidimus, invenire potuimus, et hanc ultimam omnium et sine nomine auctoris, ejusque cui dirigitur ; et hinc per omnia ambiguum, et ideo saltem suspectam.

1412 Ad Marbodum autem quod attinet, nec illi etiam sine scrupulo tribuendam putarem illam epistolam, quam in nullo ex mss. ejus, quorum maxima raritas, invenimus. Vidimus autem quinque numero, in quibus varia reperiuntur Marbodi opuscula ; Andegavensem nimirum, duos Gemmeticenses, Beccensem unum, S. Gatiani Turonensem unum. In omnibus illis de hac epistola nec iota unum, aut unus apex. In solo autem exemplari Redonensi, 1524 invenitur; sed ibi nullum allegat ms. unde illam eruerit, nec magnam credimus fidem habendam exemplari tanta cum oscitantia edito, ut in ipso ejus frontispicio gravissimus error et anachronismus percipiat legentium oculos, dum Marbodum obiisse tradit an. 1180, quem per epistolam encyclicam monachorum S. Albini Andegavensis, piissimum obitum Marbodi denuntiantem, quæ verso unico folio ibidem occurrit, constat decessisse tantum an. 1123. Nec ista etiam editio magnam editoribus conciliavit æstimationem, cum in illa videamus plerumque sacra sine ordine profanis intermixta, tanta cum negligentia, ut inde suspicari liceat typographum Marbodi opuscula prelo subjecisse, prout illi indiscriminatim offerebantur, nullo, aut certe minimo habito delectu, nec ulla unde eruta essent inquisitione facta.

Scio quosdam eruditos inde probabile putasse posse illam epistolam Marbodo tribui, quod inter Hildebertinas epistolas invenitur alia epistola conquestoria Marbodi ad Raynaldum episcopum Andegavensem, ejusdem, ut censent, propemodum styli ac ejus epistola ad Robertum. De hoc nos sincere monuit eruditus admodum et R. Pater Soris, Fontebaldensis visitator, in doctis, quas nobis ministrare dignatus est, ad hoc animadversionibus; unde opinabatur utrumque posse eidem auctori ascribi. Et revera epistola ad Raynaldum invenitur inter Hildebertinas; cur autem, non video, nisi quod cum Hildebertus et Marbodus essent amicissimi, tertius amicus, ut Marbodi justas querelas posteris commendaret, illas epistolis Hildebertinis admiscen-

das putavit; sed hoc tantum in editis: nam in nullo e manuscriptis plusquam duodecim quos discussimus (de cæteris nil spondeo) vidimus illam conquestoriam epistolam. Si vero, ut quidam putaverunt, aliquam de B. Roberto conquerendi rationem, ob suam in concilio Pictaviensi depositionem, habuisset Marbodus, certe in illa epistola de illo non tacuisset, sicut non tacuit de *malitia Andegavensi*, id est de Stephano decano, cujus insidiis captus et catenis oneratus, in carcerem detrusus fuerat. Nec is erat Marbodus, ut si quid adversus B. Robertum habuisset querelarum, suam non potuisset probare innocentiam et illius iniquitatem; aliudque non assumpsisset B. Roberti famam trinuendi argumentum, quam id quod in hac episiola tota tractatur, in qua nec vestigium ullum indignationis Marbodi adversus B. Robertum apparet.

His sane ducti argumentis, hanc epistolam, si non omnino supposititiam, saltem suspectam non possumus non habere, nec aliam esse quam merum lividorum hominum machinamentum adversus zelantissimum Evangelii concionatorem, qui publicam et notam illo tempore clericorum incontinentiam suis concionibus, sicut in conciliis tota Ecclesia suis canonibus, insectabatur. Qui quidem venenato Roscelini hæretici calamo, suam infamiam in virum sanctum et continentissimum refundere machinanti sunt, illum eodem telo configere tentantes, et sub eodem piarum mulierum ad perfectionem Christianam instituendarum prætextu, quo olim S. Hieronymus et alii sanctissimi viri a perditissimis 1413 et hæreticis hominibus percussi sunt, et quo Origenes ad id adactus est, ut vel ad suam etiam salutis et temporalis et æternæ periculum, ad propulsandam calumniam mediis uteretur, quæ illum quantumvis forte catholicum ab Ecclesia extorrem fecerunt. Non interim nos lector eos existimet, qui judices nos in gravissima controversia constituamus. Sententiam nostram pandimus, cui præter veritatem in profundo satis puteo latentem, neminem subscribere cogimus, nec eis viam præcludere volumus, 1414 quorum maxime interest, ut hanc quam putamus sycophantiam validioribus argumentis explodere perseverent.

Cum autem hæc epistola per orbem litterarium inter Marbodianas celeberrima exstiterit, ne ad ejus discussionem alicujus argueremur oscitantia, varias ejus lectiones editam inter Redonensem, et manuscriptam unicam Victorinam, hic subjicere non inauratum studioso lectori futurum putavimus.

Varia lectiones epistolæ ad Robertum Arbricellensem.

Ms. codex Victorinus.

Decet autem professionem tuam, charissime, qui fortissimæ philosophiæ in te ipso proposuisti exemplum, nihil in verbis aut factis ostendere quod sacris auctoritatibus possit inveniri contrarium, etc.

Vide ergo, fili, nedum nimium.

Frater, pro quo Christus mortuus est: sed ne videar generaliter persequens in te non tam notanda corripere.

Ut qui antiquæ.

Has etenim solum communi accubitu per noctem, ut referunt, accubantes simul et discipulorum grege, ut inter utrosque

Et tu quando laxans retia in capturam, concludis piscium multitudinem copiosam; sed iterum pisces trahere diceris et serpentes, qui naturam.

Ibi: Mulier pretiosam viri animam cepit. Cave ergo ne te captivet.

D

Impressus Marbodi 1524 Redonis.

Decet autem professionem tuam, charissime, qui ipsa insoliti habitus novitate, omnium in te oculos convertisti, ultra pallium et crepidas, fortissimæ philosophiæ in te ipso proposuisti exemplum, nihil in verbis aut factis, etc.

Vide ergo, fili dilectissime, ne dum nimium.

Frater, propter quem Christus mortuus est. Sic enim: Peccantes, ait Apostolus, et percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis. Sed ne videar generaliter prosequens non tam in te notanda corripere.

Ut quasi antiquæ.

Has ergo non solum communi mensa per diem sed et communi accubitu per noctem dignaris, ut referunt, accubante simul et discipulorum grege, ut inter utrosque

Et tu quidem laxans retia in capturam, concludis piscium multitudinem copiosam: sed inter pisces trahere diceris et serpentes, quæ naturam.

Unde alibi: Mulier autem viri pretiosam animam cepit. Cavendum ergo ne te captura tua captivet.

Remove igitur hujusmodi temperamenta.

Inde Augustinus: Pejus est quam mœchiam, continentiam habere criminosam.

Diu castus esse non potes.

Noxium peccato suscitabit incendium.

Sub ruina. Ut quid sibi adhibuit mulierem, qui ducere contempsit uxorem? Qui carnem non manducat, ut quid habitationem suam carnis apparatus implet? Et qui vinum non bibit, quid vini oblectatione perfruitur?

In publico argumentatus est hominibus promittere castitatem, et in occulto sine uxore non esse: Duo argumenta, sanctitatis et libidinis, hinc et inde miranda sunt. Hæc super primo capitulo.

Plurimi te redarguendum putant.

In se novitate convertet. Videamus ergo ne ista per quæ admirationem parare volumus, etc.

1415 Inter vilem sordidumque habitum.

Hieronymus: Pullas vestes.

Quomodo igitur tibi abjecto habitu, opertam ad carnem cilicio, attrito pertusoque byrrho (66)

Redi ergo ad sensum communem, nec solus in sanctitate exemplo esse contendas, cum sapiens, etc.

Habet sublevantem. Quod si imitandum tibi, etc.

Docere soles, non tantum præsentium, ut decet, vitia reprehendis, sed etiam dignitatum crimina, quod non decet, enumeras, carpis, laceras.

Hos pannos. Videmus egentes præbyteros, etc.

Se quærentur judicio condemnatos.

Profitendam improbatos compellas.

Gregorius quoque papa de non temere ad conversionem recipiendis dicit: Cum grave sit.

Damnationem. Quippe quo nulla coerces disciplina, sed suo quosque permittis arbitrio, sive sola super eos tui nominis invocatione contentus, sive novis inhians lucris, ne circa acquisitos moram faciens, damna temporum patiaris.

Discurrentes barbarum prolixitate notabiles, nigerrimis vestibus adopertos, qui per agros, ut dicitur, calceati, in urbibus vero et in vicis nudis pedibus gradiuntur.

(66) Byrrhus, seu birrus, cujusdam vestis genus est, Martino interprete, quod solis militum servis ex imperatorum constitutione erat interdictum (Petr. l. 1. *Advers.*, cap. 18). Illo autem byrrho, sive birro (quod in idem recidit) indutum fuisse beatum Cyprianum, cum ad supplicium duceretur, refert Paulus monachus, et Pontius ipsius sancti Cypriani

A Remove, obsecro, a te hujusmodi temperamenta.

Quod quantum sit peccatum Augustinus in libro De singularitate clericorum ostendit, dicens: Pejus quam mœchia, continentiam, etc.

Diu castus animo esse non potes.

Noxium pro certo suscitabit incendium.

Sub ruina. Sed quid pigritemur ex supradicti auctoris disputatione aliqua hic continuare particulam, ex qua vel sola totus hujus culpandi contubernii sinus scindatur. Ut quid, ait, sibi adhibuit mulierem, qui ducere contempsit uxorem? Omnis qui non manducaverit carnem, ut quid habitationem suam carnis apparatus implet? Et qui non biberit vinum, quid vini oblectamine perfruitur?

In publico argumentatus cum hominibus promittere sanctitatem, et in occulto sine uxore non esse: Duo argumenta, sanctitatis et libidinis, hinc et inde miranda sunt; et cætera in hunc modum plura subnectit, quæ manifeste intentionem inhonestæ hujus sodalitatatis aperiunt. Hæc ergo super primo capitulo.

Plurimi te non immerito redarguendum putant.

In se novitate vitæ convertet. Siquidem id agere debemus, quemadmodum dicit Seneca (licet enim a philosophis gentilium morales sententias, tanquam vasa aurea et argentea, ab Ægyptis mutuari). Id ergo agere debemus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam. Alioquin quos emendare volumus, fugamus a nobis et avertimus. Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem; a qua professione dissimilitudo non separabit. Videamus ne ista per quæ admirationem parare volumus, etc.

1416 Inter vilem sordidumque habitum.

Hieronymus ad Nepotianum, sic ait: Pulsas vestes.

Quo igitur tibi abjecto habitu regulari, opertam ad carnem cilicio cum attrito pertusoque birro.

C Redi igitur, quæso te, ad sensum communem, nec sine exemplo in sanctitate solus esse contendas, cum sapiens, etc.

Habet sublevantem. Propheta quoque non novitates excogitandas, sed adveniendi quorum sequenda vestigia nos hortatur, dicens: Stare super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea, et invenietis refrigerium animabus vestris. Quod si imitandum, etc.

Docere soles, non tantum præsentium, ut decet, vitia reprehendis, sed absentium quoque ecclesiasticorum, non solum ordinum, sed etiam dignitatum crimina, quod non decet, enumeras, carpis, laceras.

Hos pannos. Quod si captare negaveris, hoc tamen consecutum esse negare non potes. Videmus egentes præbyteros.

Se quærentur præjudicio condemnatos.

Profitendam adigis improbatos.

D Beatus quoque Gregorius papa de non temere ad conversionem recipiendis, Fortunato scribens episcopo, inter alia dicit: Cum grave sit.

Damnationem. Quippe quorundam ultra curam non geris, quos nulla coerces regulæ disciplina, sed suo quemque permittis arbitrio, sive sola tui nominis super eos, ut quidam putant, invocatione contentus, sive novis, ut tu perhibes, inhians lucris, ne circa jam acquisitos moram faciens, damna temporum patiaris.

Discurrentes bigerrimis vestibus adopertos, barbarum prolixitate notabiles, qui per agros quidem, ut dicunt, calceati, in urbibus vero et in vicis nudis pedibus gradiuntur.

diaconus, qui ejus agonem eleganter descripsit in Actis, lacernam, qua sanctus martyr indutus erat, vocat byrrhum. Hoc autem satis quadrare videtur cum verbo sequenti, seminudo crure, ut sensus sit: Ita pertuso, ita lacerato byrrho, ut per scissuras seminudum crus indecore posset quibuslibet apparere.

Sine examine profectas.

Aliæ in ipais ergastulis pepererunt.

Demonstrans : Nemo, inquit, mittit vinum novum in utres veteres ; alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur. Et nemo assumit *incisuram* panni rudis ad vestimentum vetus ; alioquin aufert supplementum novum a veteri et major scissura fit.

Orantem pro nobis sanctitatem tuam Christus custodiat.

A Sine examine *religionem* profectas.

Aliæ in ipsais *cellulis* pepererunt.

Demonstrans non convenire majora præcepta minoribus. Nemo, inquit, *ponit* vinum novum in utres veteres ; alioquin utres rumpuntur, et vinum effunditur. Et nemo *assuit commissuram* panni rudis ad vestimentum vetus, etc.

Orantem pro nobis *religionem* tuam Christus custodiat.

MARBODI REDONENSIS EPISCOPI

LIBER

DE TRIBUS INIMICIS

(HOMMEY, *Supplementum Patrum*, p. 546 - 551, in-8°).

LECTORI

Elogium Hildeberti a Marbodo versibus celebratum, atque initio ejus *Supplementi* a nobis præfixum, sequebatur in eod. ms. præsens quod subnectimus, opusculum, indeque collegimus eidem Marbodo accensendum fore, quem principem ævi sui fuisse poetam, testantur alia quæ reliquit ingenii sui monumenta (Lib. *De lapidibus*, ejus nos per multa tractavimus exemplaria ms. variis in bibliothecis : at editus est : vide Gesnerum in *Biblioth. In Cantic: cantic. commentaria*, quæ quidem non desperamus ex certa bibliotheca recipere. De iis vide Sixtum Sen.). Testantur et cœvi scriptores omnes, Hildebertus, Goffridus Vindocin. l. III, ep. 14, Sigebertus, Tritheimius, etc. Analect. D. Mabillon. tom. III in Hildeb. unde Ulgerius episcopus Audegavensis in ejus Epitaphio inter cætera audent asserere :

*Cessit ei Cicero, cessit Maro junctus Homero :
Ut dicam breviter, vicit eos pariter.*

INCIPIIT LIBER.

CAP. I. *De iisdem tribus inimicis in genere.*

Plurima cum soleant sacros avertere mores

Altius avertit femina, census, honos.

Femina, census, honos, fomenta facesque malorum,

In scelus, in gladios, corda manusque trahunt.

CAP. II. *De mulieribus, quam ad malum pronæ.*

Felix expertus exemplo femina quid sit,

Qui suos aliqua suffugit arte dolos.

Femina res fragilis, nunquam nisi crimine constans,

Nunquam sponte sua desinit esse nocens,

Femina flamma vorax, furor ultimus, intimus hostis :

Et docet et disolt quidquid obesse solet.

Femina, vile forum, respública fallere nata.

Successisse putat, cum licet esse ream.

Femina triste jugum, querimonia juris et æqui :

Turpe putat, quoties turpia nulla gerit.

Femina tam gravior, quanto privator hostis,

Invitat crimen, munere, voce, manu

Consumensque viros, vitio consumitur omni :

Et quos prædatur præda fit ipsa viris.

Corpus, opes, animos enervat, diripit, angit,

Tela, manus, odium suggerit, armat, alit.

B Arces, regna, domos, evertit, commovet, urit.

Unaque tot regum, spes, caput, arma premit.

Femina sustinuit jugulo damnare Joannem,

Hippolytum letho, carcere spreta Joseph.

Femina mente pari vita spoliavit Uriam,

Et pietate David, et Salomonia fide.

Femina mente gerit, lingua probat, artibus implet,

Quo lex, quo populos, quo simul ipse ruit.

CAP. III. *De avaritia.*

Neo minus internas vires effeminat aurum,

Nec minus illicitem currere monstrat iter.

Vix est quem pudeat auro pervertere rectum,

Quem pigeat pretio quolibet esse reum.

Auro perficitur quidquid speratur inique,

Nemoque protenso munere vana rogat.

C Aurum carda movens, oculorum prædo sacrorum.

In facinus puras armat, agitque manus.

Auro sæpe labat et virtus et labor eorum,

Quorum corda Deus, cætera laudat homo.

Et quem jurares cervicem impendere recto,

Spes modici fructus ennota licere putat.

Hostis atrox, judexque gravis, tortorque cruentes,